



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Adoratione Eucharistiæ**

**Boileau, Jacques**

**Viennæ, 1743**

Cap. IX. S. Nilus, S. Chrysostomi discipulus, Asceta deserti Sinaï, qui vixit ad annum Christi circiter CCCCLI. adorationem Eucharistiæ comprobat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49201](#)

## CAPUT IX.

S. Nilius, S. Chrysostomi discipulus,  
Asceta deserti Sinaï, qui vixit ad  
annum Christi circiter CCCCL. ado-  
rationem Eucharistiae comprobat.

I. A cceptas referimus S. Nili Lite-  
ras Græco idiomate conscri-  
ptas, eminentissimo Cardinali Franci-  
sco Barberino, quas cura & studio eru-  
ditissimi Leonis Allatii, Bibliothecæ  
Vaticanæ Præfecti, publici juris fecit  
anno MDCLXVIII. Romæ typis Barbe-  
rinis, apud Fabium de Falco. Earum-  
dem Literarum collectionem quan-  
dam, sed magis exiguam publicaverat  
antea anno MDCLVII. P. Possinus Je-  
suita doctissimus. Deinceps continuo  
tempore Josephus Maria Suaresius,  
olim Episcopus Vaisonensis, alterum  
volumen Operum S. Nili Romæ in pu-  
blicam lucem emisit anno MDCLXXIII.  
cum libro chronologico de Vita hujus  
sancti Ascetæ, opere singularium ac  
rarissimarum observationum refertis-  
simo.

simo. Ex eo intelligimus, S. Nilum  
urbis Constantinopolitanæ fuisse Præ-  
fectum tempore persecutionis S. Chry-  
stomoi, & hujus sanctissimi Archiepi-  
scopi suasione, cum filio Theodulo,  
abdicato magistratu, in solitudinem  
Sinai secessisse, in qua quatuor libros  
Literarum, & reliqua opuscula quæ in  
manibus hominum doctorum versan-  
tur, scripsit. Ex quibus eum S. Chry-  
stomoi discipulum fuisse didicimus,  
sed præsertim ex conformatione do-  
ctrinæ & sententiæ in iis quæ sanctissi-  
mum Eucharistiæ Sacramentum spe-  
stant: Epistolis XLIV. & XCIX. Libri I.  
quas hic exscribere non necesse est,  
cum præsentiam corporis tantummo-  
do, adorationem vero quam hoc ope-  
re tuendam recepi, direæe non re-  
spiciant.

II. Sed silentio prætermittere ne-  
fas est Epistolam CCXCIV. libri II. ad  
Anastasium Episcopum scriptam, in  
qua refert magistrum suum Chryso-  
stomum inter solemnia sacrificii in-  
cruenti vidisse multitudinem Angelo-

## 54 DE ADORATIONE

rum Christum in Eucharistia adorantium ; adeoque confirmat , se ab eodem accepisse , quod ipse Chrysostomus palam & publice scripsit Sermonे xxxi. in diem natalem Domini , tom. V. Homilia xiv. in Epistolam ad Ephes. & xli. in I. ad Corinth. & lib. VI. de Sacerdotio cap. 4. Αρχομόρφῳ, Φησιν, τῷ ἱερέως τλεὶ αὐγίαν ποιεῖθαι τερπομίδιν, πλεῖστον δὲ αἱφνῆς τὴν μακαρίων διωάλεν ἐξ ὕραντος κατελθοῦσαν, υπεξιλάμπερυς τινὰς τολάς τετρεβελημόρφου, γυμνῷ τῷ ποδὶ, σωτόνῳ τῷ βλέμματι, κάτω ἐν νεύσοντι τῷ τερπώπῳ τετριταχήσασαν τὸ θυσιαστήριον μετ' Κλαύδειας, καὶ πολλῆς ἡσυχίας, καὶ σωπῆς, παρείσανται μέχρι τῆς τελειώσεως τῷ Φρειτῷ μυστηρίῳ.  
*Incipiente enim, ajebat, Sacerdote facere sanctam actionem, seu oblationem, plerasque repente ex beatis potestatibus e cælo descendere, splendidis stolis circumambiantas, nudo pede, humili asperitu, demissa facie, circum- euntes altare cum reverentia & multa quiete & silentio, adstantes usque ad consummationem tremendi mysterii.* Non enim possunt adorationis externæ indicia magis aperta conspici.

III. Sed interiorem mirabiliter confirmat Epistola CCLXXX. lib. III. homini

mini cui nomen erat Origeni, scripta:  
 αδιάτον ἄλλως σωθῆσαι τὸν πιστὸν, καὶ ἀφεσιν  
 πληρμελημάτων λαβεῖν, καὶ βασιλείας ἐπουρανίας  
 τυχεῖν, εἰ μὴ μεταλάβοι μετὰ Φόβου, καὶ πόθου,  
 τῶν μυστικῶν καὶ αὐχεντῶν σώματός τε, καὶ αἵματος  
 χειρῶν τῷ Θεῷ. *Impossibile est fidelem salva-*  
*ri, remissionem delictorum accipere, & re-*  
*gnum cælestē habere, nisi recipiat cum timo-*  
*re & amore, mystica & incontaminata cor-*  
*pus & sanguinem Christi Dei. Ex nullo*  
*enim cultu magis intelligitur adora-*  
*tio, quam ex amore & charitate: ut*  
*ex Patribus Græcis, & S. Augustino*  
*supra ostendimus capite II.*

---

## CAPUT X.

*Argumentum invictissimum adoratio-*  
*nis Eucharistiæ ex S. Augustino,*  
*Episcopo Hippoensi, assumptum,*  
*defuncto anno Christi CCCCXXX.*  
*XXVIII. Augsti.*

**B**ene ac sapienter exposito supra  
 S. Ambrosii testimonio, incredi-  
 bile videretur, S. Augustinum in con-